

In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno Imperatore anno vicesimo octavo sed et romano magno imperatore anno quintodecimo die sexta mensis decembrii indictione nona neapolim. Certum est nos iohannem filium quidem lupi. et benefacta hoc est iugales commanentes in loco qui vocatur pumilianum massa atellana: A presenti die promptissima voluntate. Venundedimus et tradidimus tibi spendeo filio quidem mauri. havitator in memorato loco pumilianum: Idest integra sex uncias meas de integra una terra que vocatur orbeta posita in memorato loco pumilianum hoc est a parte de via publica qui pergit ad nucitum. Una cum arboribus fructiferis vel infructiferis simul cum introito suo omnibusque sivi pertinentibus. Coherente sivi de uno latere via carraria sicuti finit sepis et fossatum et de alio latere terra domini cesarii cacapice. De uno capite memorata via publica qui pergit ad nucitum. et ex alio capite reliquas sex uncias ex ipsa terra quas sunt leoni cognati nostri quas iam dictus genitor et socer noster ei illas venundedit et sunt ad equale mensura. De qua nihil nobis intus memoratas coherentias remansit nec in aliena persona commissimus potestate Ita ut ha nunc et deinceps memoratas integras sex uncias meas ex predicta integra terra que appellatur orbeta posita in memorato loco pumilianum hoc est a parte de memorata via qui pergit ad nucitum et sunt omni tempore ad equale mensura cum iamdicta reliqua sex uncias memorati leoni cognati nostri qui comparatas habet a memorato genitori et soceri nostro. Una cum arboribus fructiferis et infructiferis simul cum

Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno ventesimo ottavo di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma anche nell'anno quindicesimo di Romano grande imperatore, nel giorno sesto del mese di dicembre, nona indizione, **neapolim**. Certo è che noi Giovanni, figlio invero di Lupo, e **benefacta**, cioè coniugi, abitanti nel luogo chiamato **pumilianum** massa **atellana**, dal giorno presente con prontissima volontà abbiamo venduto e consegnato a te Spendeo, figlio invero di Mauro, abitante nel predetto luogo **pumilianum**, vale a dire le integre mie sei once dell'intera terra chiamata **orbeta** posta nel menzionato luogo **pumilianum**, cioè dalla parte della via pubblica che va a **nucitum**, con gli alberi fruttiferi e infruttiferi e con il suo ingresso e tutte le cose ad essa pertinenti, confinante da un lato la carraia come delimita il confine una siepe ed un fossato, e da un altro lato la terra di domino Cesario **cacapice**, da un capo la predetta via pubblica che va a **nucitum** e da un altro capo le rimanenti sei once della stessa terra che sono di Leone cognato nostro che il già detto genitore e suocero nostro vendette a lui, e *le due parti* sono ad egual misura, di cui niente rimase a noi entro i suddetti confini né affidammo in potere a diversa persona. Di modo che da ora e d'ora innanzi la predetta mia metà dell'anzidetta terra chiamata **orbeta** sita nel predetto luogo **pumilianum**, cioè dalla parte della menzionata via che va a **nucitum**, ed è in ogni caso ad eguale misura con le già dette rimanenti sei once del predetto Leone cognato nostro che la ha comprate dal menzionato genitore e suocero nostro, con gli alberi fruttiferi e infruttiferi e con il suo ingresso e tutte le cose ad essa in generale pertinenti, di cui niente rimase a noi entro i predetti confini

introito suo omnibusque sivi generaliter pertinentibus. De qua nihil nobis intus memoratas coherentias remansit. set sicut superius legitur a nobis tibi sit venundatas et traditas in tua tuisque heredibus sit potestate habendi tenendi vindendi cedendi donandi commutandi etiam ad tuos heredibus dimittendi vel quidquid exinde facere volueritis liberam habeatis potestate absque omni censo aut regula a partibus militie: et neque a me memorato iohanne et benefacta iugales neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore numquam tu memorato spendeo aut heredes tui habeatis exinde aliquando quacumque requisitionem aut molestia ha nunc et in perpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et heredes nostris memoratas sex uncias ex predicta terra que tibi venundedimus ut super legitur ab omni homine omnique persona tibi tuisque heredibus in omnibus a partibus militie antestare et defensare promittimus hostendente tu et heredes tui nobis nostrisque heredibus duas chartulas quas nunc apud te remisimus et sic nos et nostris heredibus tibi tuisque heredibus illas antestare et defensare debeamus absque omni vestra damnietate et sunt nominatibe memorate chartule prima venditione in membrana epistolaria (1) scripta quam fecerunt ursinanus clericus filius fermosaci. et ursoaldus filius gititiuli. ad nomen iohannaci filii fermosaci. secunda abscisionis (2) quam fecit stephanus filius gregorii ad nomen memorati lupi genitori et soceri nostri: pro eo quod in presenti accepimus a te exinde integram nostram sanationem hoc est auri tari nobem: ut inter nobis combenit: Si autem quod divinam abertat potentia nos vel heredes nostris quovis tempore contra hanc chartulam venditionis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia

ma, come sopra si legge, da noi sia a te venduta e consegnata e in te e nei tuoi eredi sia la potestà di avere, tenere, vendere, cedere, donare, permutare e anche di lasciare ai tuoi eredi e dunque abbiate libera facoltà di farne quel che vorrete senza alcun tributo o canone dalla parte dell'esercito e né da me predetto Giovanni e **benefacta**, coniugi né dai nostri eredi né da persone a noi subordinate in nessun tempo mai tu predetto Spendeo o gli eredi tuoi abbiate mai dunque qualsiasi richiesta o molestia da ora e per sempre. Inoltre in ogni tempo noi e i nostri eredi le predette sei once dell'anzidetta terra che a te abbiamo venduto come sopra si legge da ogni uomo e da ogni persona in tutto dalle parti dell'esercito promettiamo di sostenere e difendere per te e i tuoi eredi se tu e i tuoi eredi mostrate a noi ed ai nostri eredi le due carte che ora abbiamo consegnato a te e così noi e i nostri eredi dobbiamo sostenerle e difenderle per te ed i tuoi eredi senza qualsiasi vostro danno, e in dettaglio le predette carte sono la prima di vendita scritta su pergamena che fecero **ursinanus** chierico figlio di **fermosaci** e Ursoaldo figlio **gititiuli** a nome di **iohannaci** figlio di **fermosaci**, la seconda di cessione che fece Stefano figlio di Gregorio a nome del predetto Lupo genitore e suocero nostro, per quello che in presente abbiamo accettato da te a completa nostra soddisfazione cioè nove tarenii aurei come fra noi fu convenuto. Se poi, che la divina potenza non lo permetta, noi o i nostri eredi in qualsiasi tempo osassimo contrastare questo atto di vendita come sopra si legge e per niente adempissimo tutte le cose menzionate per qualsiasi motivo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a te ed ai tuoi eredi dodici solidi aurei di Bisanzio e questo atto di vendita, come sopra si legge, rimanga fermo, scritto per mano di Andrea, curiale e scriniario, per la suddetta nona indizione. ✂

memorata per quolibet modum aut
summissis personis tunc componimus
tibi tuisque heredibus auri solidos
duodecim bytianteos. et hec chartula
venditionis ut super legitur sit firma:
scripta per manum andrea curialis et
scriniarius per memorata nona indictione
✠

hoc signum ✠ manus memorati
iohannis et benefacte iugales quod ego
qui memoratos pro eis subscripsi et
memorati tari

✠ Ego gregorius filius domini decibili
rogatus a suprascriptos iugales testi
subscripsi et suprascriptum pretium
confiteor percepisse ✠

✠ Ego iohannes filius domini theodori
tribuni rogatus a suprascriptos iugales
testi subscripsi et suprascriptum pretium
confiteor percepisse ✠

✠ Ego iohannes curialis rogatus a
memoratos iugales testi subscripsi et
memoratum pretium confiteor percepisse
✠

✠ Ego andrea curialis et scriniarius
complevi et absolvi die et indictione
memorata nona ✠

indizione. ✠

Questo è il segno ✠ della mano del
suddetto Giovanni e di **benefacte**, coniugi,
che io anzidetto sottoscrissi per loro e
riconosco che gli anzidetti taren *furono*
consegnati.

✠ Io Gregorio, figlio di domino
decibili, pregato dai soprascritti coniugi,
come teste sottoscrissi e riconosco che il
soprascritto prezzo fu percepito. ✠

✠ Io Giovanni, figlio di Teodoro
tribuno, pregato dai soprascritti coniugi,
come teste sottoscrissi e riconosco che il
soprascritto prezzo fu percepito. ✠

✠ Io curiale Giovanni, pregato dai
soprascritti coniugi, come teste sottoscrissi
e riconosco che il soprascritto prezzo fu
percepito. ✠

✠ Io Andrea, curiale e scriniario,
completai e perfezionai nel suddetto giorno
e nella suddetta nona indizione. ✠

(1) *Membrana epistolaria* idem est ac *epistola* conscripta in membrana. *Epistolae* nomine denotari olim consuevisse tum testamenta, tum quodvis aliud instrumentum elucet passim e formulis, quas Marculfus ac Brissonius attulerunt. Si latiori hac notione accipiantur quoque voces *membrana epistolaria*, tunc non modo venditionis chartula, quam heic venditores emptori tradere profitentur, verum et omnia fere nostra haec instrumenta *membranae epistolariae* appellatione donari possunt. Cum enim in ipsis a Curialibus inducatur reliquos alloquens unus, vel plures e contrahentibus, idcirco epistolarum omnino formam praeserferre nemo est quin intelligat. Hoc sane pacto vetustiori aevo quaevis documenta, ac praesertim ea, quae de donationibus exarabantur, condi suevisse omnes rerum diplomaticarum scriptores animadverterunt. Cum de hoc instrumentorum genere verba faceret Fumagallius in suis *Diplomaticis Institutionibus* (T. I. pag. 273), arbitratus est adversus Mabillonii sententiam tabelliones in ipsis conficiendis non aliud praestitisse, quam suo quemque calamo exarare verba, quae sibi a contrahentibus dictabantur. Opinione hanc falsi arguit Marinius (*Pap. Diplom. pag. 339*), qui, prout idem Mabillonius edixerat, totam eorumdem instrumentorum confectionem deberi adfirmat tabellionibus, aut potius formulis, quas ipsi corrogaverant, ac in promptu habebant. Hinc iure ac merito existimat barbaricum illud ac rude admodum loquendi genus, quod in huiusmodi actis occurrit, non contrahentibus tribuendum esse, sed tabellionibus, qui cum nullis omnino literis essent imbuti, non modo abnormibus ac salebrosis suis locutionibus acta refererunt, verum etiam priscae iurisprudentiae formulas, quae plurimum elegantiae praeseferebant, foediori quadam rusticitate ac soloecismis omnibus inquinantur.

(2) Licet *abscissionem* aliquando pro *cessione*, sive *resignatione* usurpatam Cangius doceat, nos tamen heic *chartulam abscissionis* non aliud denotare credimus, quam instrumentum, quo sex praedii uncias Ioanni ac Benefactae tradiderat eorum genitor ac socer Lupus *abscissas* a totidem aliis unciis, quas idem Lupus vendiderat, uti membrana ipsa in describendis finibus testatur.